

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pietas f  
cum fonte primo

Ordinate in me caritatem, in Canticis.  
Rectus ordo est  
post Deum amare patrem et amicos.

Si tamen necessitas uenerit ut

utrumque seruari non possit, odium in  
suos pietas est in Deum.

Ieronymus ibidem (in epistola ad  
Paulam).

Quia ante praemiserat: *Non ueni pacem  
mittere sed gladium*, et diuidere homines  
aduersum patrem et matrem et socrum,  
ne quis pietatem religioni anteferret,  
subiecit dicens: *Qui amat patrem aut  
matrem plus quam me*; et  
in Cantico legimus canticorum:  
Ordinate in me caritatem (Cant. 2:4).  
Hic ordo in omni affectu necessarius est.  
Ama post Deum patrem, ama matrem,  
ama filios;  
si autem necessitas uenerit ut amor  
parentem ac filiorum Dei amoris  
comparetur et  
non possit utrumque seruari, odium in  
suos pietas in Deum est.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii  
in euangelium Matthei*, 1 (CCSL 77, D.  
Hurst & M. Adriaen eds., p.74, ll.1788-  
1797).